

exorcista. sequens subdiaconus. diaconus. pres-
biter. et exinde episcopus ordinaretur. et regi-
ones diuisit diaconis.

Marcellinus ^{tricesimus} natione romanus ex
patre procto fedit annos VIII. menses II. dies
XXV. fuit tempore dioclitiani. a quo ad thurs-
candum diis coactus. et post paucos dies
penitentia ductus martirio coronatus se-
pultus est in cubiculo via salaria. quia sic
ipse praeceperat. quod usque hodie patet.

Marcellus XXXI. natione romanus ex
patre benedicto. fedit annos V. menses VI.
dies XXI. fuit tempore maxencii. a quo et
martirio passus est. quia noluit sacrificare
demonis sepultus est in cimiterio prisci-
cillae via salaria.

Eusebius XXXII. natione graecus et medicus
fedit annos II. mensem unum. dies XXV. fuit
tempore constantii et sepultus est in cimit-
erio calisti. Huius tempore inventa est crux
domini nostri iesu christi V. Nonas Mai.

Melchisedes XXXIII. natione aser fedit annos
III. menses VII. dies VII. fuit tempore constan-
tii. et sepultus est in cimiterio calisti. Hic
constituit nullatenus dominica die aut
quinta feria ieiunandum. Hos enim dies
pagani ieiunio uocabant. et instituit sa-
cratas oblatas dirigi presbiteris. quod est
fermentum.

Siluester XXXIII. natione romanus ex patre
rufino. fedit annos XXIII. menses X. dies XII.
fuit tempore constantini. et sepultus est in ci-
misterio priscillae via salaria. miliario ab
urbe uno. Hic constituit crisma ab episco-
po confici. et privilegium episcopi ut bapti-
zatum consignet propter hereticam passionem.

Diocletia-
nus

Maximia-
nus

Caesares

Maxentius

Constantius

Galerius

et

Licinius

Constanti-
nus

cum

Constante

quo regnante beata
AFRA apud Augustan-
m Vendelicam in insula Lici-
cathornis coepta. dein igne
consumpta est. Cuius cor-
pus inde relatum. in pro-
pria possessione. ut anti-
quis erat moris. iuxta
domum suam ad austra-
lem plagam est conditum
Ubi circa ipsius memori-
am infra septima-
nam Hilaria mater
eius cum digna et
Eunomia et Eutropia
a paganis pro fide
Christi concrematae.
et alii numero XXV.
decollati sunt et tumu-
lati. Dionysius etiam
episcopus factus sedem
episcopalem martirio
sublimavit. Ipse
adunatus sanctae
trinitatis Iosimas ante
conversionem traditur
esse nuncupatus. Cuius
depositionis dies vel
ubi corpus eius requies-
cat. crassante spericia
barbarorum. haec
nus incertum